

Add. ad vs. 261. p. 39. ed. Lips. hunc Duporti codicem Scaligeri esse coniecturas ad edit. Hervagianae secundae exemplum, quod fuit olim Ed. Bernardi et transiit in biblioth. Bodlei. Oxon., adscriptas, de quo dixit Elmsl. ad Med. p. 78. not. s. Legitur enim in titulo: *Gerardus Vossius emit me sibi in auctione librorum Illustris Iosephi Scaligeri, cuius manu multo hic plurima emendantur.* In eodem libro etiam codicis lectiones insunt. Nam est rursus in titulo: *Accedunt huc lectiones Hieronymi Magii ex codice veteri.* Nescitur cur Duporti codicem hunc librum vocaverit Barnesius, neque constat ex Magii codice prior lectio sit an ex coniectura Scaligeri. Illud eo confirmetur, quod semper fere cum Vict. conspirant Magii lectiones.

Flor. Florent. Florentini. Horum septendecim Euripidis tragoedias exhibent, quos Beckius in Euripidis editione T. iii. p. x. sq. e Bandinii catalogo enumeravit quosque bibliothecae Mediceae praefectus Franc. de Furia Matthiae in usum contulit. Quibus decimus et octavus accedit is codex, quem cum Matthiae Flor. A. nuncupavi. Quorum de iis, qui Rhesum habent, deinceps dico.

Florentinus A. „Variantes lectiones MS. Florentini ab Is. Vossio olim collati, quae in bibliotheca Lugduno-Batava servantur, ad Hecubam, Orestem^{*)}, Phoenissas, Medeam, [*Hippolytum* v. Valcken. ad Phoen. praef. p. xi. et in ed. Hippolyti], Alcestidem, Andromachen, Rhesum, Troades pertinentem. — Collationem illam ad ed. Canteri Antv. 1571. 12. instituerat Vossius, — — cum Musgravio communicavit Ruhnkenius. Lectiones illas e libro Vossiano descripsit, cum Leidae versaretur Io. Chph. Wolfius, cuius apographum, sedecim foliis formae 8. constans, habet bibliotheca Hamburgensis.” Matth. T. vi. praef. p. vi. cui copiam fecit C. D. Ebeling., a quo etiam accepit Io. Vossii notas ad Eurip. ed. Antv. 1571. 12., quae ab eodem Wolfio descriptae ibidem servantur. Subieci quae ad Rhesum pertinentia de illo apographo monuit Matth. l. l. p. vii. „E Rheso ultimum est quod affertur p. 468. v. 5. [ed.

Canter.] *πέρσαι*] *περ* i. e. vs. 598. [586. ^{**)} nostr. ed.] post quae scriptum: *Reliqua huius tragoediae desunt in eo cod. quem contuli.* [Cf. Valcken. Diatr. p. 109. C not. 8. extr.] In ea fabula ad nonnullos versus adscriptum V. V. quo spectat annotatio in fine var. lect. e Rheso scripta: *Vides hic interdum*

^{*)} Hecubam et Orestem praetermississe collatorem statuere Musgr. in Sylabo Codd. sub *Fl.*, Beck. Eurip. T. iii. p. xii, b., Elmslei. ad Med. p. viii. extr. Lips. Veriora docemur a Matth. T. vi. p. vii, et Burgesius ipso Vossii libro inspecto docuit Elmsleium ad Bacch. p. v. not. In errorem inducti videntur viri docti Valckenarii ad Phoen. verbis p. xi. ubi non in Vossii, sed in P. Burmanni Sec. apographo illae defuisse dicuntur.

^{**)} Hinc corrige commentarium nostrum vs. 577. 578. ut in *Corrigendis* monui. Fefellit me Matthiae oscitantia, qui notam, quae ad vs. 598. suae ed. pertinebat, tribuit versui 589.